

LIBELLVS ALIVS ΠΕΡΙ ΧΗΜΕΙΑΣ
 VTISSIMVS, ET RERVM METALLICARVM CO-
 gnitione refertissimus, Rosarius Minor inscriptus, incerti
 quidem, sed harum tamen rerum non imperiti
 Auctoris.

P R Æ F A T I O.

*Ænigma de arte Alchemiæ, & de modo tractandi
 Auctoris.*

C A P. I.

INquit Auctoꝝ libri, qui Rosarius dicitur, Descendi in hor-
 tum meum, ut viderem plantas diversorum nascentium,
 & inter flores cæteros Rosarij mei, inveni rosam niveã,
 seu albam, *itemq; sanguineam, seu rubedine decoratã,
 elegi pulcerrimam, & inspexi quod paucę & rarę, quia non
 germinaverant mala punica Dixiq; voce non tacita: Rever-
 tere, revertere, Hortulane, revertere & augmenta Rosarium
 meum, per totum hortum multiplica, seu de novo construe &
 planta, ut decoretur hortus albis & rubeis rosis splendenti-
 bus, superfluisque abstractis & rejectis, utilibus & necessariis
 diligenter intende. Ipse autem Hortulanus rosarum plantas
 separavit, & replantavit, augmentavitq; duplicando, tripli-
 cando, quadruplicando, & sic vicissim multiplicando, usq; ad
 albedinem plenam, & deinde ad rubedinem perfectam. Sed
 hoc totum per augmentationem plantarum, quod mihi pla-
 cuit. Innuebat autem adhuc non satisfacisse, Quicquid tamen
 circa hoc errat scibile, mihi plenarie demonstravit: posuitque
 idem tempore debito rosas albas & rubeas in terra sua, dimi-
 sitque eas increfcere in terram suam, dico propriam, unde e-
 grediebantur. Et in primo anno subsequenti egressa est plan-
 ta, que annuatim mille millia rosarum produxit. Et ecce hor-
 tus meus jam rosarijs impletus est, educuntibus sufficienter
 pro me rosis, & pro omnibus intrantibus annuatim. Deo ita-
 que reddo laudes & gratias Hortulano gratas. Et in hoc co-
 dice, cæteris meliori, qui non sine causa Rosarius intitulatur,
 cuncta que vidi, & vera probavi, intelligentibus sapientibus,
 & artifici idoneo perfecte scribam, ut quicumque per portas,
 Hortulano mediante, ad hunc Rosarium ingressus fuerit,
 non solum de rosis partem habeat, sed videbit etiam artes
 cunctorum operantium in Rosarium album, vel rubeum, &
 per consequens acquirat discretionem discernendi circa hoc,
 intenti.